



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Emmeranvs M. & P. 22. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

22. Sept.
us, in hoc
Et profet
vel sanguis
ordia cur
e cogitans
nis, &
in quidquid
Mor.
mbriis.
uit, Horti
malè horti
o se sangui
fuit, ferax
dem omnia
ertavit oll
s ferebat,
ospitelique,
pro Chri
Christiane
philosophi
qui fortiter
lis & men
i POCAM
ipse exci
cum hosti
quis POC
necari pos
li aequè ac
postero die
in manu
suus priede
ere satelli
ect,

tes, & Iovem hospitem reveriti, manus hospite
tis sui sanguine lavare reformidarunt. Sed ille nul
lam aliam symbolam quam cædem suam oravit.
Acceptit ergo hanc, & temulo suo est conditus.
Noverat jam, noverat resurgere flores terrâ obtu
tos. Ex Surio.

*Stude cognoscere te; quia multò melior & lan
tabilior es, si te cognoscis, quàm si, te neglecto,
cognoscere cursum siderum, vires herbarum, com
plexiones hominum, naturas animalium, & habe
ris omnium celestium & terrestium sapientiam.*
S. Bern. l. Med. c. 5.

S. EMMERANVS M. & P. 22. Septembris.

Orcum hoc sidus in Aquitaniâ est: luxit diu
Bojariæ, sed numquam claris, quàm cum
occidit. Res in hunc modum gesta. Vt Theo
donis IV. Bojorum Ducis filia, dum stupri con
suetudinem cum Sigebaldo juvene cætera nobili
habet, ecce uterus intumescens scelus prodit; ipsâ
EMMERANO, dum patrem eum dicit, mortem
parit. Landbertus enim Vtæ germanus scalarum
radis illigato manuum pedumque digitos, aures
item narsque & quæ natura velavit, articulatim
omnia præsecat, eruit oculos, linguam denique
serpitis avellit. Sed etiam sine hac cum loquere
tur EMMERANVS, quid aliud loquebatur, quàm
innocentem se mori? Quid? terra & illa quæ
sanguinis imbres biberat, illa quæ tumulum pri
ma dederat, numquam non virenti cespere lata;
aer, qui ipsos XL. dies nefas flevit, quod homo fe
cerat; undæ Danubii & ipsæ cæli lacrymis exun
dantes, lampadum ignes, qui in eâ pompâ, quâ
Ratisponam sacra liplana advecta sunt, inter om
nes ventos pluviasque pertinaciter emicabant;

mira denique alia innumera, an non totidem integritatis testes sunt ab omni naturâ submissi? Nec pro EMMERANO solum, etiam contra EMMERANI hostes Numen pronunciauit. Corripit infantiâ carnifices. Vta Landbertusque exules, illa inter Italos, hic inter Hunnos perierunt, vindictâ in seros etiam posteros grassante, quorum omnium vel cita vel longa mors, hoc est misera vita fuit, ut ita non minus diu, quàm sæpè moriens innocenti tyrannus parentaret. *Ex tom. 1. Bavariæ. & tom. 1. Annal. Boic.*

Tu, ô Christiane, quaris vindicari de adversario tuo, qui tibi forsân injuriam fecit? attende Christum medicum egritudinis tuæ: propter te pendit in ligno, & nondum est vindicatus; & tu vis vindicari, & non vis tantum & talem Magistrum imitari. Aug. l. 2. de SS.

S. PROJECTVS EP. 23. Septembris.

Nihil jam novi, si laudes suas infantia in uero loquitur. Ita PROJECTVS noster gravida parenti visus est in somnis per latus nasci, & dextra liliû præ se ferre triumphans. Sensit certè parva (Forum Cornelii fuit) virtutis odorem, & laudavit animum etiam liliû candidiorem. Ipse literis bonis imbutus Episcopo Cornelio adsuit, & cum in stipem pauperum non nisi duo denarii superessent, loculos vacuos tanto miraculo infarsit, ut in totius paupertinæ cohortis stipendia suppeterent. Aliàs cum tres hospites alii hospites riderent à catinam esu sibi temperantes, nec moniti ipsi à rîta temperarent; collapsum repentè coenaculum est, risu omnibus, præter tres, quos diximus, & PROJECTVM, emortuis. Subinde mortuus etiam Cornelius viduam infulam reliquit. Et tulisset hanc